



# GREGORIVS PAPA XV.

## Ad perpetuam rei memoriam,

**D**N Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus, aeritis à Domino constituti, pijs fidelium votis, quibus viratum Dominus in seru suis honorificatur, libenter anniversus, eaq; fauoribus prosequimur opportunis. Sane pro parte dilectorum Filiorum Præpositi generalis, ac Presbyterorum Societatis I E S V nobis nuper expositum fuit, quod ipsi pro eo, quem erga Beatum A L O Y S I V M Gonzagam eiusdem Societatis, dum vixit, religiosum, gerunt, deuotionis affectu, Officium, & Missam de eo, vt infra recitari posse summoperè desiderant. Quare Nobis humiliter supplicari fecerunt, vt eorum votis huiusmodi annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Præpositum generale, ac Presbyteros prædictos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis ex communicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quatis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dimittaxat consequēt; harum serie absoluentes, & absolutas fore cententes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrū Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris ritibus præpositorū consilio, vt de dicto B. A L O Y S I O Gonzaga die xxij. Junij, quo ex hac vita migravit ad Cœlum, ab omnibus eiusdem Societatis Religiosis vbiq; terrarum existentibus iuxta Rubricas Breuiarij, & Missalis Romani de communi Confessoris non Pontificis Officium recitari, & Missa celebrari respectu libet, & licet valeat, necnon etiam confluentibus eo dic ad corundem Religiosorum Ecclesiasticas Missam in illis de codem b. A L O Y S I O Gonzaga, vt supra, celebra-re leceat, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & induige-mus. Non obstat constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumq; Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam imprefsis, Secretarii ipsius Societatis, vel Notarii publici manu subscriptis, & personæ alicuius in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel pro tempore existentis Præpositi, aut Vicarij generalis eiusdem Societatis Sigillo munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbiq; locorum adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostendæ. Dar. Tusculi sub Arinulo Piscatoris die 2. Octobris M. D C XXI. Pontifica-tus Nostræ Anno Primo.

S. Card. S. Susannæ.

R O M AE, Ex Typographia Camera Apostolice, M. D C X X I.

